

**2938** Ti. Claudio Herodi|ano<sup>1</sup> c. v., leg. prov. Si|cil., iudici raris-  
si|mo, patrono col. | Panhormit. princi|pales viri ex aere collato d. d.

*Panormi (X 7286 vidit Mommsen). — 1) Hunc esse Herodianum, qui scripsit ab excessu divi Marci libros octo qui extant, olim coniecit Borghesius (opp. 5 p. 120, 5 p. 228). Id quamvis mihi non probetur, tamen titulum hoc loco proponere volui.*

**2939** M. Caecilio | Novatilliano | c. v., oratori et po|ëtae industri,  
al|lecto inter con|sulares, praesidi | prov. Moes. sup., iurid. His|pan. cit.,  
iurid. Apul. et Ca|labr., praet., trib. pleb., | q. prov. Afric., | splendidiss.  
ordo | Beneventanorum, | privatim et public. | patrocinio eius | saepe de-  
fensi, p. d. d.

*Beneventi (IX 1572 viderunt Mommsen alique). Eiusdem hominis Beneventi extabat titulus plane gemellus (IX 1571), Tarracone, ubi sedem habuerat cum iuridicus esset Hispaniae citerioris, extabat hic (II 4413): M. Caecilio | Novatill|iano | v. c., leg. iur., | abstinentis|simo, iustis|simo, di[s]er|tissimo, splen|didissimus | ordo Tarra[c.] patrono.*

**2940** d. m. | T. Fl. Postumius Varus<sup>1</sup> | v. c., cos., orator, aug.,  
XVvir., praef. urb.,

Vixi beatus diis amicis literis.

Manes colamus, namque opertis manibus

divin[a] vis est ae[re]t[er]ni temporis.

*Romae in monte Pincio (VI 1447 semel descripta saec. XVI). — 1) Cf. ad N. 2929 (not. 2).*

**2941** T. Fl. Postumio Titiano<sup>1</sup> v. cos.<sup>2</sup>, | procos. prov. Africae, cos.  
aquarum et Miniciae, | corr. Campaniae, | corr. Italiae Transpadanae |  
cognoscenti vice sacra, | p. k.<sup>3</sup>, q. k.<sup>4</sup>, pontifici dei Solis, | auguri, oratori,  
pronepoti et sec|tatori M. Postumi Festi orat.<sup>5</sup>, | T. Aelius Poemenius v. e.<sup>6</sup>,  
suffragio eius | ad proc. aquarum promotus, | patrono praestantissimo.

*Romae ad montem Pincium rep. a. 1594 (VI 1448 aliquoties descripta). — 1) Fortasse Postumius Titianus praefectus urbi a. 305 (chronogr. a. 554); ut titulus positus sit ante eum annum. Postumii Titianus hic et Varus supra N. 2940, cum ambo fuerint pronepotes M. Postumii Festi, aut fratres fuerunt aut fratrum filii aut nepotes. — 2) Viro consulari. — 3) Praetori candidato, 4) quaestori candidato. — 5) Cf. N. 2929. — 6) Vir egregius.*

**2942** Tatiani. | C. Iulio Rufiniano | Ablabio Tatiano c. v., Rufi|niani  
oratoris<sup>1</sup> filio, fisci pa|trono rationum summarum, | adlecto inter consu-  
lares iudi|cio divi Constantini, legato pro|vinc. Asiae, correctori Tusciae |  
et Umbriae, consulari Ae|miliae et Liguriae, pontifici | Vestae matris et  
in colle|gio pontificum promagistro, sacerdoti Her|culis, consulari Cam-  
paniae. Huic ordo splen|didissimus et populus | Abellinatium ob insignem  
| erga se benevolentiam et | religionem et integrit. eius | statuam colou-  
candam censuit.

*Abellini rep. (X 1125 aliquoties descripta saec. XVIII). — 1) Rufinianus hic orator fortasse, ut coniecit Mommsen, non diversus est a Iulio Rufiniano, cuius*